Machatar Ioannis: Ἐπιξεγγεξ Reverendo Fratri Emerico Zajączowski S. Ord. Cisterc. laudem primam in Artibus et Philos. laurean susciperet exhibitum —

ΕΠΙΧΑΡΜΑ

REVERENDO FRATRI

EMERICO ZAIACZOwſki

Sacri Ordinis Ciſter: Moneſtar: Andreouień Profeſſo.

Dum Primam

In Artibus & Philoſ. Lauream

Publicè

In Almo Lycæo IAGELLONIANO ſuſciperet.

A

IOANNE MACHATAR MORAVO WISCHOVIenſe, Art. & Philoſ, Baccalaureo, in teſtimonium Syncer æ Amicitiæ

EXHIBITVM.

Anno

QVo CapIt eXIMIos tarpenæ fronDIs honores
VIrtVtIsqVè probæ florea ſerta refert.

IN STEMMA
Almæ Academiæ Cracouien̄.



REgia Sceptra ferens das digno, digna labori:
Digna ſed indigno Regia Sceptra negas.
Argumenta tuæ ſunt hæc mercedis in Axe:
Quæ reddit partas, parta labore vices.
Moribus, ingenio, Virtuteque, Regius esto
Qui ſua Sceptra velis, poſteritatis opus.

AVdiuêre melos Musæ
Pimplææq; Pyrenes Acheloidum in
Audiuêre supinarum
Laudum vota, tubis vaticinantibus
Vestris parcite nunc Parcæ,
Iam virtus auido prouida lumini
Discussá tenebrarum vmbrâ
Raræ sortis opes exerit abditas
Protruditq; patentes, quo
Ingressus ad amandas Charitum patent
Sedes, ingreditur sacrum
Scrutatura Senatum, non via longior
Sexcentisq; periclis non
Hanc obsessa maris murmura detinent
Non Syrtes remorantur, sed
Ipsa audax, aquilæ prout radios cauâ
Solis luce tuentur
Vatrenum excutiens proinde soporibus
Torporem, gremio tandem
Nec non emeritâ luce Acedemicâ
Dictynnæ orbita derridet,

Et quamuis validis ſit benè conſcia
Thebanæa lacertis, nec
Ventoſum appetat Atlanta oneri ſuo
Quem concùlcat honorem, vna
At verò fouet illam beneſida ſpes,
Quam comprenſat amoribus.
Vltroq; ambit honos, ſollicitat modis
Achates varijs fidus,
Qui virtutis opes neſcit in abditis
Sectari tenebris dites
Aſt Alcida ſibi quærit Achilleum
Hic Atlas comitem verum,
Cur non immeritò dum tenebras velit
Virtus, inſtat honor, tegi
Virtus nam inſcia, prodit, veluti ſuâ
Ignis proditur à flamma.
Et cúm tot ſpecimina edis adoreæ
Sacrato ac venerabili
Iam pridem redimitus Diademate,
Proiecto Tyriæ vittæ,
Quem virtus comitari ſolet Aſſecla
Inſtas lætus honori, in quem

Mentis

Mentis lumina fixisti, tua & exerit
Sors virtutis opes, mirum
Nil est, cur comitetur te honor, æmula
Quem post posteritas ferret,
Aduersus aciem Phæbi hominum vagi
Nam qui iactat in orbes, hunc
A tergo comitans vmbra sequi solet
Fallit qualiter haud te honos,
Viuis ipsa suis picta coloribus
Ductrix fulgure Palladis.
Tu natura patentem poteris tuum
Mirari ipsa decorem, quem
Struxisti ambrosio fulmine copiæ
Claro lumine Palladis,
Supremis dederas rebus in esseque
Clemens ingenium natum.
Quæ nunc omina tu Musa moue cheli
Parcis digna silentibus,
Ac firmo celebranda omine promoue
Quæ sub sole manent primo:

POſtquam Secelidum prendere te ſequens
Clarus tentat honor, Gloria viuidæ
Iuſtum deproperare
Virtutiq́; tuæ Decus.
Tentat cingere Lauro caput aureâ,
Sumunt grandiloqui qualia præmia
Vates, carmine bella
Bello qui reſonant fera.
Tu prudens fragiles Aonidum fugis
Myrtos, temnere dantes metuis, iuuat
Nil, nam non fugiturus
Cinctus frondibus hinc abis,
Et quanquam latebras quærere cogites,
Fruſtra es, dum fugias inſtat honor, fugæ
Eſt ſpes nulla, liteſcis
Vllo nec penitus loco.
Monſtratrix fatetur culta Thalia, te
Pulchri Cecropij ſigna leporis, ac
Grandiuum retuliſſe
Iuſſit Theſea ſedulum.
In te certat amor, dos Sophiæ, labor,
Oblatos igitur cur renuis gradus

Quales

Quales augur Apollo
Laudis famaque contulit.
At bello cuinam parta tamen ſubeſt,
Hæc victoria cui ceſſit ? honoris hæc
Laus, vicit fugiens id
Quod deuicit & hæc ſequens.

PARÆNESIS OMINIS.

CAndidæ mentis bone flos, vigentis
Artis, ac famæ omina quæ ſentis
Hæc tibi de te referunt amænæ
metra Camænæ.
Sicut in cælo Phaetontis ignis
Sydera illuſtrat leuiora ſignis,
Nempe dum virtus tua ſic decora
fulget in orâ.
Dat decus Pallas Cytherea flores,
Dant tuis Muſæ meritis honores
Hos referret Relligio, alma Clio
Sic ſonat Io.

Viue

Viue lucentem ſine labe ſolem,
Viue, nec non Relligioni honorem
Fer, labor votis petit his petitis
Creber ab aſtris.

PARÆN: NOMINIS.

ὀμάτην λαγρὸς ςὺν κἄλη κικὰιρωνος ἠμόν
γάρ, καὶ ςυν φημη ὔνομα λαμπρὸν ἔχεις.

Laudetur Chriſtus eiuſque Mater
Glorioſa.